



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 81. Amissæ Tripolis culpa ab Hispanis in Gallos rejecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

cerneret. Adducuntur insuper testes Sæcul. XVI.
nonnisi scelerum infamia clari, atque A.C. 1551.
atrocissimorum criminum maculis no-
tissimi (*), quorum ministerio hæc cau-
fa adeo abominabilis reddebat, ut
nemo unus hisce miseris patrocinari
auderet.

§. LXXXI.

Amisse Tripolis culpa ab Hispanis in Gallos rejecta.

Solus Villegagnonus Ordinis Commen- Vertot hist.
dator horum innocentiam, quamvis de Malt l. II.
illorum causam agere severo mandato p. 308. &
fuisset prohibitus, vindicare aggredie- Suiv.
Thu. l 7. ver-
batur, tantaque animi constantia mu- sus fin p. 233.
nus suum explebat, ut supremo Ordi-
nis Magistro exprobraret, obstinata e-
jus pervicacia factum fuisse, quod sub-
fidia ad tuendam Tripolitanam urbem
necessaria a Valerio non fuerint submis-
sa, obfessique omni auxilii spe destituti
ad deditiois conditiones, nec tutas, nec
honestas fuerint compulsi. Verum ejus-
modi criminationibus minime absterre-
batur Magister, sed amicis suis præcepit,
ut ad suam quisque patriam transmis-
sis literis divulgarent, quod supremus
Magister ob Tripolin Turcis traditam in
Vale-

(*) Thuanus, quem solum Continuator al-
legat, nihil prorsus de iniunctate horum Judi-
cum, ac testium recenset.

Sæcul. XVI. Valerium judicii acta intentare volue-
A.C. 1551. rit: ast a potissimis Equitibus Gallis eo-
quod hi vererentur, ne facta perfidiæ
confessione eorum Nationi infamia la-
bes inureretur, prohibitus fuerit, hac
que ex ratione Equites Galli sumptis
armis ipsum Ordinis Magistrum in arce
cinctum tenerent. Hujus rei fama tan-
tam Gallis indignationem accersebat,
ut hi passim ab omnibus tanquam re-
belles traducerentur. Hisce literis fre-
tus Magister, prior ipse judicii acta re-
staurabat, atque Officii Procuratorem
induxit, ut novi adducerentur testes.
Verum Villegagnonus re comperta gra-
viter questus est coram Deputatis, qui
totum negotium rursus ad eundem Offi-
ciii Procuratorem devolvebant, cauſſa-
ti, quod suarum duntaxat partium ei-
ſet testimonia audire, & quamvis ad
excipiendos testes nonnisi octiduum con-
cessissent, nihilominus jamjam plusquam
sexaginta probatæ fidei Viri fuerint au-
diti, qui in accusatorum favorem testi-
monia protulerunt. His tamen insuper-
habitibus fuit decretum, quod Ordinis ve-
ſtis, atque Crux reis adimeretur: unde
supremi Magistri confilia plurimum tur-
babantur; hic enim in eos severius ferri
judicium peroptabat.

§. LXXXII.